

Credere sponsa monebat^a; at ille, superstitione
Spreta, purificatur aqua ter lotus amica.
Hec^b quoque trina feretra trium gaudemus habere.

[XXVIII.] De^c Athelberto et Berta regina.

Letardi episcopi, Alberti^d regis^{*}, Berte regine^e —
[N]i^f tua palma — bonę sunt, Augustine, corone^g.
Hos invenisti prius, Anglos cum petiisti;
Tu baptizasti regem celisque^h locasti.
5 Pretereo maiora loqui, nil amplius aio:
Dei patrię^k p̃etoribus^l explicit auctor: aveto^m!

* regi Asthel-
berti^l C. T.

L f. 71.

[XXIXⁿ. *Tituli^o nostrorum.*]

- | | | |
|------------------------------|----|---|
| Titulus sancti
Gregorii. | | Doctor, papa bonus, tuus, Augustine, patronus
Gregorius sedem tenet hanc depictus et edem;
Hic est Gregorius, stilus et facundia cuius
Debriat arentes vitali nectare mentes. |
| Titulus sancti
Augustini. | 5 | Hic, Augustine, micat aula tuę Libithinę,
Tu pater Anglorum, tu spes et apostolus horum,
Tu sacer, ut legimus, primas et in ordine primus
Presul, adest testis domus hec signis manifestis. |
| Titulus sancti
Laurentii. | 10 | Hic sacra, Laurenti ^p , sunt digna tui monumenti;
Tu quoque iucundus pater antistesque secundus
Pro populo Christi scapulas dorsumque dedisti;
Artubus huic laceris multa vibice mederis. |
| Titulus sancti
Melliti. | 15 | Summus pontificum, flos tercius et mel aprium
Hac titulis clara redolet, Mellite, sub ara;
Laudibus eternis te predicat urbs Dorobernus,
Cui semel ardenti ^l restas virtute potenti. |
| Titulus sancti
Iusti. | | Istud habet bustum ² meritis et nomine IVSTVM,
Quarto iure datus cui cessit pontificatus;
Pro meritis Iusti, sancta gravitate venusti,
20 Gratia divinam divina dat hic medicinam. |
| Titulus sancti
Honorii. | | Quintus honor memori versu memoraris, HONORI,
Digne sepultura, quam non teret ulla litura;
Ardet in obscuro tua lux vibramine puro;
Hec scelus omne premit, fugat umbras, nubila demit. |

a) Verb. aus 'monebit' C. b) 'Hec' C; 'He' T. c) Ueberschrift
fehlt L. T. d) 'Atdheib.' T. e) 'regine' C. L. f) 'Litua' C;
'Iitua' L; 'I tua' T; ich verstehe: 'wenn nicht sogar Deine höchste
Werthschätzung, o Augustin, gebühren wenigstens Kränze'. g) 'corone' C.
h) 'cel.' C. i) Dieser Vers steht vor XXVII in L. k) 'patrie' C.
l) 'precor.' C. m) Folgt Ode an Osbern, ed. Wright II, 265, C. T.
n) Die Gedichte XXIX ff. fehlen C. T. o) Allgemeine Ueberschrift
fehlt L; ergänzt aus Colophon, v. 81. p) 'Laurentii' L.

1) Beda II, 7. 2) Cf. XXII, 1: 'Iusto — busto'.